

Universitätsbibliothek Wuppertal

M. Tullii Ciceronis Orationes diligentius recognitae & aptiore serie repositae

Cicero, Marcus Tullius

Lutetiae Paris, 1522

Pro A. Cecinna. Oratio XII.

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-431](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-431)

Gallorum, num etiā de matris hūc cōplexu lectissimē, miserrimēq; fœminā vobis inspectātibus auellet, atq; abstrahet: presertim cum virgo Vestalis ex altera parte germanū fratrem cōplexa teneat, vestraq; Iudices, ac populi Ro. fidē impleret, quę pro vobis, liberisq; vestris tot annos in diis immortalibus placādis occupata est, vt ea nūc p salute sua, fratrisq; sui, aīos vestros placare possit. cui miserā quod p̄sidiū, qđ solatiū reliquū est, hoc amisso: nā ceterā fœminā gignere ipsa sibi, & habere domi praesidia fortunarum omnium sociū, participēq; possunt. huic vero virgini quid est p̄ter fratrem, qđ aut iucūdū, aut charū esse possit? Nolite pati Iudices aras deorum immortalium, Vestęq; matris, quotidianis virginis lamentationib⁹ de vestro iudicio cōmoueri. prospicite ne ignis ille aternus nocturnis Fōteię laborib⁹, vigiliisq; seruatus, sacerdotis Vestę lachrymis extinctus esse dicat. Tēdet ad vos virgo Vestalis man⁹ sup̄plices adē, quas p vobis diis immortalib⁹ tēdere cōsuevit. cauetē ne periculosum, sup̄būq; sit, eius vos obsecrationē repudiare, cui p̄ces si dii aspernarent, hęc salua esse nō possent. Videtis ne subito Iudices, virū fortissimū M. Fōteiū parētis, & sororis cōmemoratione lachrymas pfudisse? qui nunq̄ in acie primuerit, q se armat⁹ sepe in hostiū manū multitudinēq; imiserit, cū in eiusmodi periculis eadē se solatia suis relinquere arbitraret, q̄ suus pater sibi reliquisset, idē nunc perturbato aīo ptimescit, ne nō modo ornamento, & adiumento non sit suis, sed etiā cū acerbissimo luctu dedecus aternū miseris, atq; ignominia relinquat. O fortunam lōge disparē M. Fōtei, si deligere potuisses, vt potius telis tibi Gallorū, q̄ periuriis intereundū esset, tum. n. vitę socia virtus, mortis comes gloria fuisset. nunc vero q est dolor: victorię te, atq; imperii p̄enas ad eorū arbitriū sufferre, q̄ aut victi armis sunt, aut inuitissimi paruerūt. A quo periculo defendite Iudices ciuē fortē, atq; inocētē: curate vt nostris testib⁹ plus, q̄ aliē nigenis credidisse videamini: plus saluti ciuū, q̄ hostiū libidini consuluisse: grauiorē duxisse eius obsecrationē, q̄ vestris sacris praesit, q̄ eorū audaciā, q̄ cū omniū sacris delubrisq; bella gesserūt. postremo p̄spicite Iudices id qđ ad dignitatē populi Ro. maxime ptinet, vt plus apud vos preces virginis Vestalis, q̄ minā Gallorum valuisse videantur.

Germanus frater.

Vesta mater.

PRO A. CECINNA. ORATIO. XII.



I Quantū in agro, locisq; desertis audaciā potest, tantū in foro, atq; in iudiciis impudētia valeret, nō minus in causa cederet A. Cecinna Sex. Ebutii impudētię, q̄ tum in vi faciēda cessit audaciā, verū & illud cōsiderati hoīs esse putauit, qua de re iura decertari oporteret, armis nō cōtēdere: & hoc cōstātis, quēdā vī, & armis certare noluisse, eum iure iudicioq; superare. Ac mihi qđ cū audax praecipue fuisse videt Ebuti⁹ in cōuocādis hoīb⁹, & armādis, tum impudens in iudicio, nō solū q̄ in iudicium venire ausus est, (nā id quidem, tametsi improbe sit in aperta re, tamen malitia est iā vsitātū) sed q̄ non dubitauit id ipsum, qđ arguit, cōfiteri nisi forte hoc rationis habuit, quoniam si facta vis esset moribus, superior in possessione retinēda nō fuisset: quia cōtra ius moremq; facta sit, A. Cecinnā cū amicis metu perterritū pfugisse: nunc quoq; in iudicio, si causa more, institutoq; omniū defendat, nos inferiores in agēdo nō futuros. sine cōsuetudine recedat: se, quo impudentius egerit, hoc superiore discessurum. quasi vero, aut in iudicio possit idem improbitas, qđ in vi confidentia: aut nō eo libētius tū audacię cesserimus, quo nūc impudētię facilius obsisteremus. Itaq; lōge alia ratione Recuperatores ad agendam causam hac actione venio, atq; in iudicio veneram. tū enim nostrā causā spes erat posita in defensione mea, nunc in confessione aduersariū. tum in nostris, nunc vero in illorū testibus: de quibus ego antea laborabam, ne si improbi essent, falsi aliquid dicerent: si probi existimarentur, qđ dixissent, probarent. nūc sum animo aequissimo. si enim sunt viri boni, me adiuuant, cū id iurati dicunt, qđ ego iniuratus insimulo. sin autem minus idonei, me nō ledūt, cum iis siue creditur hoc ipsum, qđ nos arguimus, siue fides non habetur, de aduersariū testium fide derogatur. Verūtamē cū illorū causā actionē considero, non video quid impudentius dici possit, cum aut vestrā in iudicādo dubitationē: vereor ne id, qđ vident impudenter fecisse, astute, & callide fecerint. nam si negassent vim hominibus armatis esse factam, facile honestissimis testibus in re perspicua tenerētur. sin confessi essent, & id quod nullo tēpore iu-

Iuratus.
Iniuratus.

Oratio

re fieri potest, tū ab se iure factū esse defenderēt, sperarūt id, qđ affecuti sunt, se iniecturos vo-
bis causam deliberādi, & iudicādi iustā morā, ac religionē. simul illud, qđ indignissimū est, fu-
turū arbitrati sunt, vt ī hac causa nō de improbitate Sex. Ebutii, sed de iure ciuili iudicium
fieri videret. Qua in re si mihi esset vnus A. Cecinņe causa agēda, p̄fiterer satis idoneū esse
me defensorē, p̄pterea qđ fidē meā, diligētiāq̄ p̄stare: qđ cū sūt in actore cause, nihil est, in re p̄-
fertim aperta, ac simplici, qđ excellēs ingenii requirāt. sed cū de eo iure mihi dicēdū sit, quod
ptineat ad oēs, qđ cōstitutū sit a maiorib⁹, cōseruatū vsq̄ ad hoc tēpus, quo sublat⁹ nō solū
pars aliqua iuris diminuta, sed etiā vis ea, qđ iuri maxime est aduersaria, iudicio cōfirmata eē
videat, video summi ingenii causam esse, nō vtī demōstret qđ ante oculos est, sed ne, si quis
vobis error in tanta re sit obiectus, omnes potius me arbitrent causā, qđ vos religioni vestre
defuisse. Qđ ego mihi sic persuadeo Recuperatores, non vos tam propter iuris obscurā, du-
biamq̄ rationē, bis iam de eadem causa dubitasse, qđ qđ videtur ad summā illi⁹ existimationē
hoc iudicium pertinere, moram ad cōdemnandū acquisisse, simul & illi spatiū ad sese colligē-
dum dedisse. Qđ quoniam iam in consuetudinem venit, & id viri boni vestri similes in iudi-
cādo faciūt, reprehēdēdū fortasse minus, querendum vero magis etiam videt: ideo qđ omnia
iudicia aut distrahendarum controuersiarum, aut puniendorum maleficiorum causa reper-
ta sunt: quorū alterum leuius est, propterea, qđ & minus lædit, & p̄sape disceptatore dome-
stico diiudicatur: alterum est vehementissimum, qđ & ad grauiiores res pertinet, & non hono-
rariam operam amici, sed seueritatē iudicis, ac vim requirit. Qđ est grauius, & cui⁹ rei cau-
sa maxime iudicia cōstituta sunt, id iam mala cōsuetudine dissolutū est. nam, vt queq̄ res est
turpissima, sic maxime, & maturissime iudicāda est. at ea, de qua existimatiōis periculum est,
tardissime iudicatur, qui igitur conuenit, quā causa fuerit ad constituendum iudicium, ean-
dem moram esse ad iudicandum: Si quis, qđ spondit, qua in re verbo se vno obligauit, id
non facit: maturo iudicio, sine vlla religione iudicis condemnatur, qui per tutelam, aut socie-
tatem, aut rem mandatam, aut fiduciā rationem, fraudauit quempiam: in eo, quo delictum
maius est, eo p̄na est tardior. est enim turpe iudicium, & factū quidem turpe. Videte igitur
qđ inique accidat, quia res indigna sit, ideo turpem existimationē sequi: qđ turpis existimatio
sequat, ideo rem indignam nō vindicari. At si quis mihi hoc iudex, recuperatorve dicat: po-
tuiti em̄ leuiore actione consilgere: potuisti ad tuum ius faciliore, & cōmodiore iudicio per-
uenire: quare aut muta actionē, aut nolī mihi instare, vt iudicē, tñ is aut timidior videat, qđ
fortem, aut cupidior, qđ sapientem iudicē esse æquum est: si aut mihi p̄scribat quemadmo-
dum meū ius persequar: aut ipse id, qđ ad se delatum sit, nō audeat iudicare. Etem si Prator
is, qui iudicia dat, nō qđ petitori p̄stituit, qua actione illū vtī velit: videte qđ iniquū sit, cōsti-
tuta iam re, iudicem quid agi potuerit, aut quid possit, non quid actum sit, quærere. Verūta-
men nimia vestra benignitati pareremus, si alia ratione ius nostrū recuperare possem⁹. nūc
vero quis est: qui aut vim armatis hominibus factam relinqui putet oportere: aut eius rei le-
uiorem actionem nobis aliquā demonstrare possit: ex quo genere peccati, vt illi clamitāt, vel
iniuriarum, vel capitis iudicia constituta sunt, in eo potestis atrocitatē nostrā reprehēdere:
cū videatis nihil aliud actum, nisi possessionē p̄ interdictum esse repetitam: Verū siue vos exi-
stimationis illius periculū, siue iuris dubitatio tardiores fecit adhuc ad iudicandū, alterius
rei causam vosmetipsi iam vobis sapi⁹ prolato iudicio sustulistis, alterius ego vobis hodie
no die causam profecto auferam, ne diutius de controuersia nostra, ac de cōmuni iure dubi-
tetis. Et si forte videbor altius initiū rei demōstrandē petisse, qđ me ratio iuris, & ius, de quo
iudiciū est, & natura causā coegerit, quēso vt ignoscatis. nō em̄ minus laborat A. Cecinna, ne
summo iure egisse, qđ ne certū ius non obtinuisse videat. M. Fulcinius fuit Recuperatores
e municipio Tarquiniensi, qui & domi suę cū primis honestus existimatus est, & Romę argē-
tariā non ignobilē fecit. Is habuit in matrimonio Cesenniā, eodem e municipio, summo lo-
co natā, & probatissimam scēminā, sicut & viuus multis ipse rebus ostendit, & in morte sua
testamento declarauit. huic Cesenniā fundū in agro Tarquiniensi vēdidit tēporib⁹ illis dif-
ficillimis solutiōis. cū vteret dote vxoris numerata, quo mulieri esset res cautior, curauit vt
in eo fundo dos collocaret. aliquāto post iā argentaria dissoluta, Fulcinius huic fundo vxo-
ris cōtinētia qđā p̄dia, atq̄ adiūcta mercat. morit Fulcinius. multa. n. qđ sunt in re, quia remo-
ta sunt a causa, p̄mittam. testamēto facit haredē, quē habebat e Cesenniā filiū: vsumfru-
ctum omnium bonorum suorum Cesenniā legat, vt frueretur vna cū filio, magnus honos

virī, iucūdu mulieri fuisset, si diuturnū eē licuisset. fruerēt enim bonis cū eo, quē suis bonis heredem esse cupiebat, & ex quo maximū fructū ipsa capiebat. sed hunc fructū mature fortuna ademīt. nam breui tēpore M. Fulcinius adolescēs mortuus est, heredē P. Cēsennium fecit, vxori grande pondus argenti, matriq; partē bonorū maiorē legauit. itaq; in partē mulieres vocatę sunt. Cum esset hęc auctio hereditaria cōstituta, Ebutius iste, qui iādiu Cēsennię viduitate, ac solitudine aleret, ac se eius in familiaritatē insinuasset hac rōne, vt cū aliquo suo cōpēdio negotia mulieris, si qua acciderēt, cōtrouersiasq; susciperet, versabat quoq; eo tpe in his rōnibus auctiois, & partitionis, atq; etiā se ipse inferebat, & intrudebat, & in eā opinio nē Cēsenniam adducebat, vt mulier imperita nihil putaret agi callide posse, vbi non adesset Ebutius. quam personam iā ex quotidiana cognoscitis vita Recupatores, mulierū assentatoris, cognitoris viduarū, defensoris nimīū litigiosi, cōciti ad rixā, inepti, ac stulti iter viros, inter mulieres periti iuris, & callidi: hęc personam imponite Ebutio. is em Cēsennię fuit Ebutius: ne forte quæratis num propinquus: nihil alienius. amicus aut a patre, aut a viro traditus: nihil minus. quis igitur: ille, quem supra deformauī, voluntarius amicus mulieris, nō ne cessitudine aliqua, sed ficto officio, simulataq; sedulitate coniunctus, magis opportuna opera nōnunq; q̄ aliquando fideli. Cum esset, vt dicere institueram, constituta auctio Romę, sua debant amici, cognatiq; Cēsennię id, qd̄ ipsi quoq; mulieri in mentē veniebat: quoniam potestas esset emendi fundū illū Fulcīnianum, qui fundo eius antiquo cōtinēs esset, nullā esse rationē, amittere eiusmodi occasionē, cū p̄serti pecunia ex p̄titiōe deberet: nusq; eā posse meli⁹ collocari. Itaq; mulier facere constituit. mandat, vt fundū sibi emat. cui tandem: cui putatis: an non in mentem venit omnibus illius ad hoc munus, & ad oīa mulieris negotia parati: sine quo nihil satis caute, nihil satis callide agi posset: recte attenditis. Ebutio negotium dat. adest ad tabulam, licetur Ebutius, deterrentur emptores multi, partim gratia Cēsennię, partim etiam precio: fundus addicitur Ebutio, pecuniam argentario promittit Ebutius, quo testimonio nūc vir optimus vtitur, sibi emptum esse: quasi vero aut nos ei negem⁹ addictum: aut tū quisq; fuerit, qui dubitarit, quin emeret Cēsennię, cū id pleriq; scirent, omēs fere audissent, hī coniectura assequi possent, cum pecunia Cēsennię ex illa hereditate deberet, eam porro in p̄diis collocari maxime expediret, essent aut p̄dia, q̄ mulieri maxime cōuenirent, ea veniret, liceretur is, quē Cēsennię dare operā nemo miraret, sibi emere nemo posset suspicari. Hac emprione facta, pecunia soluitur a Cēsennia. cuius rei putat iste rationem reddi nō posse, q̄ ipse tabulas auerterit: se autem habere argentarii tabulas, in quibus sibi expensa pecunia lata sit, acceptaq; relata, quasi id aliter fieri oportuerit. Cum omīa ita facta essent, quem admodum nos defendimus, Cēsennia fundū possedit, locauitq; neq; ita multo post A. Cecinna nupsit, vt in pauca conferam, testamento facto mulier moritur, facit heredem ex deunce, & semuncia Cecinam, ex duabus sextulis M. Fulciniū libertū superioris viri, Ebutio sextulam aspergit. hanc sextulam illa mercedē isti esse voluit assiduitatis, & molestiæ, si quā susceperat. Iste autem hac sextula se ansam retinere omnium controuersiarum putat. Iam principio ausus est dicere, non posse heredem esse Cēsennię Cecinam, q̄ is deteriore iure esset, q̄ ceteri ciues, propter incommodum Volaterranorum, calamitatemq; ciuilem. itaq; homo timidus imperitusq; qui neq; animi, neq; consilii satis haberet, non putauit esse tantī hereditatem, vt de ciuitate in dubiū veniret: cōcessit credo Ebutio, quantū vellet de Cēsennię bonis vt haberet. immo, vt viro forti, ac sapienti dignū fuit, ita calumniā, stultitiāq; obtriuīt, ac cōrudīt. In possessione bonorū cū esset, & cū ipse sextulā suā nimīū exaggeraret, noīe heredis arbitrū familię heriscūdæ postulauit. Atq; illis paucis diebus, posteaq; videt nihil se ab A. Cecinna posse litiū terrore abradere, hoī Romę in foro denūciat, fundū illū, de quo ante dixi, cuius istū emptorē demonstrauī fuisse mādato Cēsennię, suū esse, seq; sibi emisse. Quid ais: Istius ille fundus est, quem sine vlla cōtrouersia quadrienniū, hoc est, ex quo tpe fund⁹ veniit, quoad vixit, possedit Cēsennia. Vfus em̄ inqt eius & fructus fundi testamento viri, fuerat Cēsennię. Cum hoc nouæ litis genus tā maleficiose intenderet, placuit Cecinnę de amicorū sententiā cōstituerē, quo die in rem p̄sentē veniret, & de fundo Cecinna moribus deduceret. colloquunt, dies ex vtriusq; cōmodo sumit. Cecinna cū amicis ad diē venit in castellum Axīā: ex quo loco fundus is, de quo agit, nō lōge abest. Ibi certior fit a plurib⁹, hoīes permultos liberos atq; seruos coegisse, & armasse Ebutiū. cū id partim miraretur, partim nō crederet, ecce ipse Ebutius in castellū venit, denūciat Cecinnę se armatos habere, abiturū eum nō

Mature.

Liceris.

Dare operā
Cēsennię.Heres ex
deunce.
Aspergere.Heriscūdæ
familiæ.Vfus &
fructus.
Maleficiose
In rē p̄sentē
venire.

Oratio

esse, si accessisset. Cecinne placuit & amicis, quoad videret saluo capite fieri posse, experiri. tū de castello descēdunt, in fundū p̄fiscunt. Videt temere cōmissum, verū, vt opinor, hoc fuit cause: tam temere istū re cōmissurum, q̄ verbis nunciabat, nemo putauit. Atq; iste ad oēs introitus, qua adiri poterat nō modo in eū fundū, de quo cōtrouersia fuerat, sed etiā in illum p̄ximū, de quo nihil ambigebat, armatos hoīes opponit. Itaq; primo cū in antiquū fundū in gredi vellet, q̄ ea proxime accedi poterat, frequentes armati obstiterunt. quo loco depulsus Cecinna, tū qua potuit ad eū fundū profectus, ex quo, ex conuentu vim fieri oportebat, eius autem fundi extremam partem oleę directo ordine definiūt. ad eas cū accederet, iste cū om̄ibus copiis p̄sto fuit, seruumq; suū noīe Antiochū ad se vocauit, & clara voce imperauit, vt eū, qui illum olearū ordinē intrasset, occideret. Homo mea sentētia prudētissim⁹ Cecinna, tū in hac re plus mihi animi, q̄ cōsiliū videt habuisse. nam cū & armatorū multitudinē videret, & eā vocē Ebutiū, quā cōmemorauī, audisset, tamen accessit propius, & iā ingrediens intra finem ei⁹ loci, quē oleę terminabāt, impetū armati Antiochi, ceterorūq; tela, atq; incursus refugit. eodē tempore se in fugā cōferūt vna amici, aduocatiq; eius metu perterriti, quēadmodum illorū testē dicere audistis. His rebus ita gestis, P. Dolabella Pr̄tor interdixit, vt est cōsuetudo, de vi hominib⁹ armatis, sine vlla exceptione, tantū, vt vnde deiecesset, restitueret. restituisse se dixit. Sponsio facta est. hac de sp̄siōe vobis iudicādū est. Maxime fuit optādū Cecinne Recupatores, vt cōtrouersię nihil haberet: secūdo loco, vt ne cū tā improbo hoīe: tertio, vt cū tā stulto haberet. etem̄ nō minus nos stultitia illius subleuat, q̄ lādit improbitas, improbus fuit, q̄ hoīes coegit, armauit, coactis, armatisq; vim fecit. lāsit in eo Cecinnā. subleuauit ibidē. nā in eas ipsas res, quas improbissime fecit, testimonia sumpsit, & eis in causa testimoniiis vti. Itaq; mihi certū est Recupatores, anteq̄ ad meā defensionem, meosq; testes venio, illi⁹ vti cōfessione, & testimoniis, quid cōfiteat⁹: atq; ita libēter confiteat⁹: vt non solum fatēri, sed etiā p̄fiteri videat Recupatores: cōuocauī hoīes, coegi, armaui: terrore mortis, ac periculo capitis, ne accederes, obstiti. ferro (ingt) ferro, & hoc dicit ī iudicio, te reieci, atq; perterruī. quid⁹ testes quid aiunt: P. Verilius p̄pinquus Ebutiū, se Ebutio cū armatis seruis venisse aduocatū. quid pr̄terea: fuisse complures armatos. quid aliud: minatū esse Ebutiū Cecinnæ, quid ego de hoc teste dicā, nisi hoc Recupatores: vt idcirco nō min⁹ ei credatis, q̄ homo minus idoneus habet, sed ideo credatis, q̄ ex illa parte id dicit, qđ illi causæ maxime est alienū. A. Terētius alter testis, nō modo Ebutiū, sed etiā se ipsum arguit. in Ebutiū hoc dicit, armatos hoīes fuisse. de se autē hoc p̄dicat: Antiocho Ebutiū seruo imperasse, vt in Cecinnā aduenientē cū ferro inuaderet. quid loquar amplius hoc de hoīe: in quē ego dicere, cū rogater a Cecinna, nunq̄ voluit, e arguere illum rei capitalis viderer: de eo dubito nūc, quomodo aut loquar, aut taceā, cū ipse hoc de se iuratus p̄dicet. Deinde L. Cēlius nō solū Ebutiū cū armatis dixit fuisse cōpluribus, verū etiā cū aduocatis p̄paucis eo venisse Cecinnā. de hoc ego teste detrahā: cui æque, atq; meo testi vt credatis, postulo. P. Memmius secutus est, qui suum nō parū beneficiū cōmemorauit in amicos Cecinne, quibus sese viam per fratris sui fundū dedisse dixit, qua effugere possent, cū essent metu om̄es perterriti. huic ego testi gratias agā, q̄ & in re misericordē se p̄buit, & testimonio religiosum. A. Attilius & eius filius L. Attilius & armatos ibi fuisse, & se suos armatos adduxisse dixerūt. etiam hoc amplius. cum Ebutius Cecinnæ malum minaretur. ibi tū Cecinnā postulasse, vt moribus deductio fieret. hoc idem P. Rutilius dixit: & eo libētius dixit, vt aliquo in iudicio eius testimonio creditū putaretur. Duo pr̄terea testes nihil de vi, sed de ipsa emptione fundi dixerunt: P. Cefennius auctor fundi, non tam auctoritate graui, q̄ corpore: & argentarius, Sex. Clodi⁹, cui nomē est Phormio, nec minus niger, nec minus cōfidēs, q̄ ille Terentianus est Phormio: nihil de vi dixerunt, nihil p̄terea, quod ad vestrum iudiciū pertineret. Decimo vero loco testis expectat⁹, & ad extremum referuatus dixit Senator populi Romani, splendor ordinis, decus atq; ornāmētum iudiciorum, exemplar antiquæ religionis Fidiculanus Falcula: qui cum ita vehemēs, acerq; venisset, vt non modo Cecinnam periurio suo lāderet, sed etiam mihi videretur irasci, ita eum placidum, mollemq; reddidit, vt non auderet, sicut meministis, iterum dicere, quot milia fundus suus abesset ab vrbe. nā cū dixisset minus abesse. LIII. populus cū risu acclamauit ipsa esse. meminerāt enim omnes, quātum in Albiano iudicio accepisset. In eū qđ dicā: nisi id, qđ negare non possit: venisse in cōsiliū publicæ quęstionis, cū eius cōsiliū iudex nō esset: & in eo cōsilio, cum causam non audisset, & potestas esset ampliādī, dixisse sibi liq̄re: dū incognita

Cui nomē
Phormio.
Niger.

re iudicare voluisset, maluisse cōdēnare, q̄ absolueret: cū si vno min⁹ dānarēt, cōdēnari reus nō posset, nō ad cognoscēdā causam, sed ad explēdā damnationē p̄sto fuisse. Vtrū grauius aliquid in quēpiā dici potest, q̄ ad hominē condemnādū, quē nunq̄ vidisset, neq̄ audisset, ad ductum p̄cio esse: an certius quicq̄ obiici potest: q̄ qd̄ is, cui obiicit, ne nutu quidem infirmare conatur: Verūtamen is testis, vt facile intelligeretis eū non adfuisse animo, cū ab illis causa agerēt, testesq̄ dicerēt: sed tātis per de aliquo reo cogitasse, cū oēs ante eū dixissent testes, armatos eum Ebutio fuisse complures: solus dixit non fuisse. visus est mihi primo veterator intelligere praeclare, quid causa optaret: & tantūmodo errare, q̄ omnes testes infirmaret, qui ante eum dixissent: cū subito ecce idē qui solet, suos solos seruos armatos fuisse dixit, quid huic tu hominī facias: nonne concedas interdū, vt excusatione summā stultitię, summā improbitatis odium deprecetur: Vtrum Recuperatores his testibus non credidistis, cum qd̄ liqueret, non habuistis: at controuersia non erat, quin verū dicerēt, an in coacta multitudine, in armis, in telis, in presentī metu mortis, perspicuo periculo cedis, dubiū vobis fuit, an esse vis aliqua viderēt, nec ne: quibus igitur in rebus vis intelligi potest, si in his non intelligēt: An vero illa defensio vobis p̄clara visa est: nō deieci, sed obstiti, non em̄ te sum passus in fundum ingredi, sed armatos homines opposui: vt intelligeres, si in fundo pedē posuisses, statim tibi esse p̄eundum, quid ais: is, qui armis perterritus, fugatus, pulsus est, nō videt esse deiectus: posterius de verbo videbimus, nunc rem ipsam ponamus, quā illi non negant: & ei⁹ rei ius, actionemq̄ queramus. Est hęc res posita, quæ ab aduersario non negatur, Cecinnā, cū ad cōstitutā diē, tempusq̄ venisset, vt ius, ac deductio morib⁹ fieret, pulsum, prohibitumq̄ esse vi, coactis hominibus, & armatis. Cum hoc cōstet, ego homo imperitus iuris, ignarus negotiorū, ac litiū, hęc puto me habere actionem, vt per interdictum, meū ius teneā, atq̄ iniuriā tuā p̄sequar. fac in hoc errare me, nec vllō modo posse p̄ hoc interdictū id assequi, qd̄ velim: te vti in hac re magistro volo, quæro, sit ne aliqua huius rei actio: an nulla: cōuocari homines p̄pter possessionis cōtrouersia non oportet, armari multitudinē iuris retinēdi causa nō cōuenit: nec iuri quicq̄ tam inimicum, q̄ vis: nec æquitati quicq̄ tā infestū est, q̄ cōuocari homines, & armari, qd̄ cum ita sit, resq̄ eiusmodi sit, vt in primis a magistratibus animaduertēda esse videat, iterū quæro, sit ne eius rei aliqua actio: an nulla: nullā esse dices: audire cupio qui in pace, & otio, cū manū fecerit, copias pararit, multitudinē hominū coegerit, armarit, instruxerit, homines inermes, qui ad cōstitutū experiundi iuris gratia venissent, armis, viris, terrore, periculoq̄ mortis repulerit, fugarit, auerterit: hoc dicat, feci equidē, quæ dicitis, oīa: & ea sunt, & turbulenta, & temeraria, & periculosa, quid ergo est: impune feci, nā quid agas me cū ex iure ciuili, ac p̄torio nō habes. Ita ne vero Recuperatores: hoc vos audieris: & apud vos dici patiemini sapius: cū maiores nostri tāta diligentia, prudētiaq̄ fuerint, vt oīa omniū non modo tātarū rerū, sed etiam tenuissimarū iura statuerint, persecutiq̄ sint: vt hoc gen⁹ vnū, vel maximū p̄mitterent, vt si qui me exire domo mea coegisset armis, haberem actionem: si qui introire prohibuisset, nō haberem: Nōdū de Cecinnę causa disputo, nōdū de iure possessionis nostrę loquor, tantū de tua defensione C. Piso queror, quando ita dicitis, & ita constituis: si Cecinna, cū in fundo esset, inde deiectus esset, tum per hoc interdictū eū restitui oportuisse, nunc vero deiectum nullo modo esse inde, vbi nō fuerit: hoc interdicto nihil nos assecutos esse, quæro, si te hodie domum tuā redeuntem coacti homines, & armati nō modo hamine, tectoq̄ aditū tuarum, sed primo aditu, vestibuloq̄ prohibuerint, quid acturus sis: monet amicus meus te L. Calphurnius, vt idē dicas, qd̄ ipse antea dixit, iniuriarū, quid ad causam possessionis: quid ad restituendū eum, quē oportet restituī: quid deniq̄ ad ius ciuile, aut ad actoris notionem, & ad animaduersionem ages: iniuriarū: plus tibi ego largiar, nō solum egeris, verū etiā condemnari licet: nunqd̄ magis possidebis: actio em̄ iniuriarū nō ius possessionis assequit, sed dolorē imminutæ libertatis iudicio, pœnaq̄ mitigat. Prætor interea, Pifoso tanta de re tacebit: quēadmodum te restituat in ædes tuas nō habebit: qui dies totos aut vim fieri vetat, aut restituī factam iubet, qui de fossis, de cloacis, de minimis aquarum, itinēruq̄ controuersis, interdicis, is repente obmutescet: in atrocissima re qd̄ faciat nō habebit: & C. Pifone domo, tectisq̄ suis phibito, phibito inquā p̄ hoīes coactos, & armatos, p̄tor quē admodū more & exēplo opitulari possit non habebit: quid enim dicet: aut quid tu tam insigni accepta iniuria postulabis: vñ vi phibit⁹ sis: nemo vnq̄ intedixit, nouū est, nō dico inusitatū, verū oīno inauditū, vnde deiectus: qd̄ p̄ficiet, cum illi hoc respondebūt tibi, qd̄ tu nūc

Veterator.

Vis inimica iuri.

Iniuriarū actio.

Oratio

mihī: armatos se tibi obstitisse, ne in aedes accederes: deiici porro nullo modo potuisse, qui non accesserit. Deiiciō ego inq̄s, si q̄s meorū deiiciat, oīno iam bñ agis, a verbis em̄ recedis, & equitate vteris, nā verba ipsa si seq̄ volumus, quomodo tu deiiceris, cū seruus tu⁹ deiiciat? Verum ita est vtī dicitis: te deiectū debeat intelligere, etiā si tactus nō fueris, nōne? age nunc, si ne quia dē tuorū quisq̄ loco motus erit, atq̄ oēs in edibus adseruati, ac retenti: tu solus phibitus, & a tuis edibus vi, atq̄ armis perterritus: vtrū hanc actionē habebis, qua nos vsi sumus? an aliā quāpiā? an oīno nullā? nullā esse actionē dicere in re tā insigni, tāq̄ atroci, neq̄ prudētīe, neq̄ auctoritatis tuę est, alia si q̄ forte est, q̄ nos fugerit, dic q̄ sit, cupio discere, hęc si est, qua nos vsi sumus, te iudice vincamus necesse est, nō enim vereor ne hoc dicas, in eadē causa eodē in terdicto te oportere restitui, Cecinnā non oportere, etenim cui p̄spicuum non sit? ad incertū reuocari bona, fortunas, possessiones oīm, si vlla ex parte sententiā huius interdicti diminuta, aut infirmata sit: si auctoritate virorū talium, ius armatorū hominū iudicio approbatum vi deatur: in quo iudicio nō de armis dubitatū, sed de verbis q̄situm esse dicat. is ne apud vos optinebit causam suā? q̄ se ita defenderit: eieci ego te armatis hoībus, nō deiici: vt tantū facinus nō in equitate defensionis, sed in vna litera latuisse videat? huiusce rei vos statuetis nullā esse actionē? nulli experiūdi ius constitutū? q̄ obstiterit armatis hominibus, q̄ multitudi- ne coacta nō introitu, sed oīno aditu quēpiam phibuerit? Quid ergo, hoc quā habet vim? vt ista re aliqd cū aliqua ex parte differre videat, vtrū, pedem cū intulero, atq̄ in possessionē ve stigium fecero, tū expellar, atq̄ deiiciar: an in eadē vi atq̄ iisdem armis mihī ante occurrat, ne nō modo intrare, verū etiā aspicere, aut aspirare possim, q̄ hoc ab illo differt? vt ille cogat restituere, q̄ ingressum expulerit: ille q̄ ingredientē repulerit, nō cogat? Videte p̄ deos immor- tales qd̄ ius nobis, quā conditionē vobismetipsis, quā deniq̄ ciuitati legē constituere velitis, huiusce generis vna est actio: p̄ hoc interdictū, quo nos vsi sumus, cōstituta, ea si nihil valet, aut si ad hanc rē nō p̄tinet, quid negligent⁹, aut qd̄ stultius maiorib⁹ nostris dici potest? qui aut rāte rei p̄termiserint actionē, aut eā constituerint, q̄ nequaquā satis verbis causam, & ratio- nē iuris amplectere? Periculosum est dissolui hoc interdictū: captiosum est oībus rē vllā con- stitui eiusmodi, q̄ cum armis gesta sit, rescindi iure nō possit, verū tamen est turpissimū illud, tāta stultitiā prudētissimos homines cōdemnari, vt vos iudicetis huius rei interdictū, atq̄ actionē in mentē maiorib⁹ nostris nō venisse, Queramus inquit licet, tamen hoc interdicto Ebutius nō teneat, quid ita? q̄ vis Cecinnę facta nō est, dici in hac causa potest, vbi arma fue- rint, vbi coacta hominū multitudo, vbi instructi, & certis locis cū ferro hoīes collocati, vbi mine, pericula, terroresq̄ mortis, ibi vim non fuisse? Nemo inquit occisus est, neq̄ saucius, qd̄ ais? cū de possessionis cōtrouersia, & de priuatorū hominū cōtentione iuris loquamur, tu vim negabis esse factam, si cades & occisio facta nō erit? ego exercitus maximos sepe pulsos, & fu- gatos esse dico, terrore ipso, impetūq̄ hostiū, sine cuiusq̄ nō modo morte, verū etiā vulnere, Etem Recupatores nō ea sola vis est, q̄ ad corpus nostrū, vitāq̄ puenit, sed etiā multo maior ea, q̄ periculo mortis iniecto, formidine animū perterritū loco sepe, & certo de statu dimouet, itaq̄ saucii sepe hoīes, cū corpore debilitant, animo tñ nō cedūt, neq̄ eū relinquūt locū, quē statuerint defendere, at alii pellunt integri, vt nō dubiū sit, quin maior adhibita vis ei sit, cuius animus sit perterritus, q̄ illi, cuius corpus vulneratum sit. Qz si vi pulsos dicimus exerci- tus esse eos, qui metu, ac tenui sepe suspitione periculi fugerunt: & si non solū impulsu scuto- rum, neq̄ cōsictu corporū, neq̄ ictu cōminus, neq̄ cōiectione telorū, sed sepe clamore ipso mi- litum, aut instructione, aspectūq̄ signorū magnas copias pulsas esse, & vidimus, & audiūm⁹: que vis in bello appellat, ea in otio nō appellabit? & qd̄ vehemens in re militari putat, id leue in iure ciuili iudicabit? & qd̄ exercitus armatos mouet, id aduocationē togatorū non vide- bit mouisse? & vulnus corporis magis istam vim, q̄ terror animi declarabit? & sauciatio que- ret, cū fugam factā esse cōstabit: tu se tē testis hoc dixit, metu perterritis nostris aduocatis, locum qua effugerent demonstrasse, qui non modo vt fugerēt, sed etiā ipsi⁹ fugę tutā viā que fierūt, his vis adhibita nō videbit? quid igitur fugiebāt? p̄pter metū? quid metuebāt? vim vi- delicet, potestis igit̄ p̄cipia negare, cū extrema cōceditis: fugisse perterritos cōfitemini: cau- sam fugę dicitis eandem, quam omnes intelligimus, arma, multitudinem hominum, incur- sionem, atq̄ impetum armorū: hęc vbi conceduntur esse facta, ibi vis facta negabit? At yero hoc quidem iam vetus est, & maiorum exemplo multis in rebus vsitatū: cū ad vim faciūdā veniret, si quos armatos quis p̄cul cōspexissent, vt statim testificati discederēt, optime spon-

Vis.

tionem facere possent, ni aduersus edictū proris vis facta esset. Ita ne vero: scire esse armatos satis est, vt vim factā pbes! in manus eorū incidere nō est satis: aspectus armatorū ad vim pbandam valebit: incurfus & impetus nō valebit: q abierit, facilius sibi vim factā pbabit, q̄ qui effugerit! At ego dico hoc: si, vt primo in castello Cecinnę dixit Ebutius, se hoies coegisse, & armasse: neq̄ illū, si eo accessisset, abiturū: statim Cecinna discessisset: dubitare vos non de buisse, quin Cecinnę facta vis esset, si vero, simulac pcul cōspexit armatos, recessisset: eo min⁹ dubitaretis, om̄is em̄ vis est, q̄ periculo aut decedere nos alicūde cogit, aut phibet accedere. Qd̄ si aliter statueris, videre ne hoc vos statuatis, q̄ viuus discesserit, ei vim nō esse factā: ne hoc omnibus in possessionū cōtrouersis p̄scribatis, vt cōstigēdum sibi, & armis decertandū putent: ne quēadmodū in bello, p̄na ignauis ab imperatoribus constituit, sic in iudiciis de terior causa sit eorū, q̄ fugerint, q̄ q̄ ad extremū vsq̄ cōtēderint. Cū de iure, & legitimis hominum cōtrouersis loquimur, & in his rebus vim nominamus, ptenuis vis intelligi debet. vidi armatos, q̄ quis paucos, magna vis est. decessi vnus hominis telo pterrirus, deiectus detrususq̄ sum. hoc si ita statueris, nō modo non erit cur depugnare quisq̄ posthac possessio nis causa velit, sed ne illud quidē, cur repugnare, sin autē vim sine cade, sine vulneratione, sine sanguine nullam intelligetis, statueris homines possessionis cupidiores, q̄ vitę esse oportere. Age vero, de vi te ipsum habebō iudicem Ebuti: respōde si tibi videtur: in fundum Cecinna vtrum noluit tandem, an nō potuit accedere: cū te obstitisse, & repudiasse dicis, certe hunc voluisse cōcedis, potes igitur dicere non ei vim fuisse impedimento: cui cum cuperet, eorū consilio venisset, per homines coactos non sit licitum accedere! Si enim id, qd̄ maxime voluit, nullo modo potuit, vis p̄fecto quēdā obliterit necesse est: aut tu dic quāobrē cū vellet accedere, nō accesserit. Iā vim factā negare non potes. deiectus quemadmodū sit, q̄ nō accesserit, id queritur, dimoueri em̄, & depelli de loco necesse est: eum, qui deiiciatur, id autem accidere ei, q̄ potest: q̄ omnino in eo loco, vnde se deiectū esse dicit, nūq̄ fuit! Qd̄ si fuisset, & ex eo loco, metu permotus fugisset, cū armatos vidisset, diceres ne esse deiectū! Opinor, an tu qui tā diligenter, & tā callide verbis cōtrouersias, nō aequitate diiudicas, & iura nō vtilitate cōmuni, sed literis exprimis, poteris ne dicere deiectū esse eū, q̄ tactus nō erit! quid, detrusum dices: nā eo verbo antea Prętores hoc interdīcto vti solebant. Quid ais: p̄t ne detrudī quisq̄ q̄ nō attingit: nonne, si verbū seq̄ volumus, hoc intelligamus necesse est: eum detrudī, cui manus afferant! necesse est inquā, si ad verbū rē volumus attingere, neminē statu detrusum, q̄ nō adhibita vi, manu demot⁹, & actus p̄ceps intelligat. Deiectus vero q̄ potest esse qd̄ q̄, nisi in inferiorē locū de superiore motus: potest pulsus, fugatus, eiect⁹, deniq̄: illud vero nullo modo potest, deiectus esse quisq̄, non modo q̄ tactus nō sit, sed ne a quo quidē, & plano loco. Quid ergo: hoc interdīctū putamus eorū esse causa cōpositū, qui se p̄cipitatos ex locis superioribus dicerēt: eos em̄ vere possumus dicere esse deiectos, an, cū voluntas, & cōsiliū, & sententiā interdīcti intelligatur, impudentiā summā, aut stultitiā singularem putabimus, in verborū errore versari: rē, & causam, & vtilitatē cōmunē nō relinquere solū, sed etiā pdere! An hoc dubium est: quin neq̄ verborum tāta copia sit, nō modo in nostra lingua, quę dicitur esse inops, sed ne in alia quidē vlla, res vt oēs suis certis, ac p̄priis vocabulis nominent! neq̄ vero quicq̄ opus sit verbis, cū ea res, cuius causa verba q̄sta sint, intelligat. Quę lex, qd̄ senatuscōsultū, qd̄ magistratus edictū, qd̄ fœdus, aut pactio, quod (vt ad priuatas res redeā) tēstamentū, q̄ iudicia, aut stipulationes, aut pacti, & cōuenti formula, nō infirmari, aut conuelli potest, si ad verba rem deflectere velimus! cōsiliū autē eorū, q̄ scripserūt, & rationem, & auctoritatē relinquamus! Sermo hercule & familiaris, & quotidianus nō cohęrebit, si verba inter nos aucupabimur. deniq̄ imperiū domesticū nullū erit, si seruulis hoc nostris cōcesserimus, vt ad verba nobis obediant: non ad id, qd̄ ex verbis intelligi possit, obtēperent. Exemplis nunc vti videlicet mihi necesse est harum rerum omnium! nō occurrit vnicuiq̄ vestrū aliud alii in omni genere exemplum, quod testimonio sit, non ex verbis aptum pendere ius, sed verba seruire hominum consiliis, & auctoritatibus! Ornate & copiose L. Crassus homo longe eloquētissimus, paulo ante q̄ nos in forū venimus, iudicio cētumuirali hęc sententiā defendit, & facile, cū cōtra eum prudentissimus homo Q. Mutius diceret, probauit omnib⁹ M. Curiū, q̄ heres institutus esset ita mortuo posthumo filio, cū filius nō modo nō mortu⁹, sed ne natus quidem esset, hęcdem esse oportere. Quid: verbis satis hoc cautum erat! minime, quę res igit̄ valuit! Volūtas, quę si tacitis nobis intelligi possit, verbis omnino nō vtere

Vis.

Depugnare.
Repugnare

Detrudī.

Deiect⁹ q̄

Linguar
inopie,Verba ser
uiūt hoim
cōsiliis.

Oratio

Verba cur
reperita. mur. quia nō potest, verba reperita sunt, nō quę impedirēt, sed quę indicaret voluntatem. Lex
vsum, & auctoritatē fundi iubet esse biēniū. at vtimur eodē iure in adib⁹, q̄ in lege nō appella
latur. Si vīa sit immunita, iubet, qua velit, agere iumētū, potest hoc ex verbis intelligi, licere
si vīa sit in Brutiis immunita: agere, si velit, iumētū p M. Scauri Tusculanū. Actio est in au
ctorem p̄sentē his verbis, quādoquidē te in iure cōspicio. hac actione Appius ille Cęcus vt
non posset, si tā vere hoīes verba cōsectarent, q̄ rē cuius causa verba sunt, nō cōsideraret. Te
stamēto si recitatus heres esset pupillus Cornelius, isq̄ iā annos. XX. haberet, vobis interp̄
tibus amitteret hereditatē! Veniūt in mētem mihi p̄ multa, vobis plura certo scio, verū ne ni
mīum multa cōplectamur, atq̄ ab eo qđ p̄positū est, longius aberret oratio, hoc ip̄sum inter
dictum de quo agitur, cōsideremus, intelligētis em̄ in eo ip̄so, si in verbis ius constituamus,
omnē vtilitatē nos huius interdīcti, dum versuri, & callidi volumus esse, amissuros. **VNDĒ
TV, AVT FAMILIA, AVT PROCVRATOR TVVS.** Si me villicus tuus solus deie
cisset, non familia deiecisset, vt opinor, sed aliq̄s de familia, recte igitur diceres te restituisse!
quippe, quid em̄ facilius est q̄ p̄bari iis, q̄ latine sciāt, in vno seruulo familię nomē nō valere!
si vero ne habeas quidē seruū p̄ter eū, q̄ me deiecerit, clames videlicet, si habeo familiā, a fa
milia mea fateor te esse deiectū, neq̄ dubiū est, quin, si ad rē iudicādam verbo ducimur, non
re, familiā intelligamus, q̄ constet ex seruis pluribus: quin vnus homo familia nō sit, verbum
certe hoc nō modo postulat, sed etiā cogit. At vero ratio iuris, interdīctiq̄ ius, & Prętorū vo
luntas, & hominū prudentiū consiliū, & auctoritas, respuat hanc defensionē, & p̄ nihilo pu
tet, quid ergo! isti homines latine nō loquunt: immo vero tantū loquunt, quātū est satis ad
intelligendā voluntatē: cū sibi hoc p̄posuerint, vt siue me tu deieceris, siue tuorū quispiam,
siue seruorū, siue amicorū, vt seruos nō numero distinguant, sed appellēt vno familię nomi
ne, de liberis autē, quisq̄s est, p̄curatoris nomine appellēt, nō quo oēs sint, aut appellent, p̄cu
ratores, q̄ negotiū nostrū aliquid gerāt, sed in hac re, cognita sententiā interdīcti, verba exquiri
oīa noluerūt. nō em̄ alia causa est æquitatis in vno seruo, & in plurib⁹: nō alia ratio iuris in
hoc genere dūtaxat, vtrū me tuus p̄curator deiecerit is, q̄ legitime p̄curator dicat omnium
rerū eius, q̄ in Italia nō sit, absitve Reipu, causa, quasi qđā pene dominus, hoc est alieni iuris
vicarius, aut tuus colonus, aut vicinus, aut cliens, aut libert⁹, aut quis, q̄ illā vim, deiectionē
q̄ tuo rogatu, aut tuo nomine fecerit. Quare si ad eū restituendū, q̄ vī deiect⁹ est, eādē vim
habet æqtatis ratio, ea intellecta, certe nihil ad rē p̄tinet, q̄ verborū vis sit, ac nominū. tā res
stitues, si tuus me libert⁹ deiecerit, nulli tuo p̄positus negotio, q̄ si p̄curator deiecerit: non
quo omnes sint p̄curatores, qui aliqd̄ nostri negotiū gerūt, sed q̄ in hac re queri nihil ar
tinet. tā restitues, si vn⁹ seruulus, q̄ si familia deiecerit vniuersa: nō quo idē sit seruulus, qđ
familia: verū qa nō qbus verbis qđq̄ dicat, querit, sed q̄ res agat. Etiā, vt longius a verbo re
cedamus, ab æquitate ne tantulū quidē, si tuus seruus nullus fuerit, & oēs alieni, ac mercena
rii, tamē & ip̄si tuę familię & genere & nomine cōtinebunt. Perge porro hoc idē interdīctū
sequi. **HOMINIBVS COACTIS.** neminē coegeris, ip̄si cōuenerint sua sponte: certe coege
rit is, q̄ cōgregat homines, & cōuocat. Coacti sunt ii, q̄ ab aliquo sunt vnū in locū cōgrega
ti, si nō modo cōuocati nō sunt, sed ne cōuenerūt quidē, sed ii modo fuerūt, q̄ etiā antea, nō
vis vt fieret, verū colēdi, aut pascendī causa esse in agro cōsueuerāt, defendes hoīes coactos
nō fuisse: & verbo quidē superabis, me ip̄so iudice, re autē ne cōsistes quidē vllō iudice. vim
em̄ multitudinis restitui voluerūt, nō solū cōuocatę multitudinis. Sed, qa plerūq̄ vbi multi
tudine opus est, homines cogi solēt, ideo de coactis cōpositū interdīctū est: qđ etiā si verbo
differre videbit, re tamē erit vnū, & oībus in causis idē valebit, in qbus p̄spicit vnā atq̄ ea
dem causa æquitatis. **ARMATISVE.** qđ dicemus: armatos si latine loq̄ volumus, quos ap
pellare vere possum⁹: opinor eos, q̄ scutis, telisq̄ parati, ornatiq̄ sunt, quid igit⁹: si glebis, aut
saxis, aut fustibus aliq̄ de fundo p̄cipitē egeris: iussusq̄ sis, quē hominibus armatis deie
ceris, restituere: restituisse te dices: verba si valēt: si causę nō ratione, sed vocibus pōderant:
me auctore dicito, vīces p̄fecto nō fuisse armatos eos, q̄ saxa iacerēt, q̄ de terra ip̄i tollerēt:
nō esse arma cespites, neq̄ glebas: nō fuisse armatos eos, q̄ p̄tereūtes ramū defringerēt arbo
ris, arma esse suis nominibus, alia ad tegendum, alia ad nocendū: q̄ q̄ nō habuerint, inermes
fuisse vīces. Verum si quidem erit armorum iudiciū, tum ista dicito, iuris iudiciū cum
erit, & æquitatis, caue in ista tam frigida, tam ieiuna calumniā delitecas. non enim reperies
quenq̄ iudicem, aut Recuperatorem, qui tanq̄ si arma militis inspiciunda sint, ita p̄bet arma

tum, sed perinde valebit, quasi armatissimi fuerint, si reperientur ita parati fuisse, ut vim vite aut corpori potuerint afferre. Atque, ut magis intelligas, quae verba nihil valeant: si tu solus, aut quiuis vnus cum scuto, cum gladio impetum in me fecisset, atque ego ita deiectus essem, auderes ne dicere, interdictum esse de armatis hominibus? hic autem hominem armatum vnum fuisse: non opinor tam impudens esses, atque vide ne multo nunc sis impudetior. nam tu quidem omnes mortales implorare posses, quod homines in tuo negotio latine loqui obliuiscerent: quod inermes armati iudicarent: quod, cum interdictum esset de pluribus, commissum res esset ab vno, vnus homo plures esse homines iudicarent. verum in his causis, non verba veniunt in iudicium, sed ea res, cuius causa verba haec in interdictum coniecta sunt. Vim, quae ad caput, & ad vitam pertinet, restitui sine vlla exceptione voluerunt. ea fit plerumque per homines coactos, armatosque, si alio consilio, eodem periculo facta sit, eodem iure esse voluerunt. non enim maior est iniuria, si tua familia, quam si tuus villicus: non si tui serui, quam si alieni ac mercenarii: non si tuus procurator, quam si vicinus aut libertus tuus: non si coactis hominibus, quam si voluntariis, aut etiam assiduis, ac domesticis: non si armatis, quam si inermibus, quod vim haberent armatorum, ad nocendum: non si pluribus, quam si vno armato, quibus enim rebus plerumque vis fit, eiusmodi haec res appellantur interdicto. si per alias res eadem facta vis est: ea, tamen si verbis interdicti non concluditur, tamen sententia iuris, atque auctoritate retinetur. Venio nunc ad illud tuum: non deieci, si non tui accedere. puto te ipsum Pisonem prospicere, quanto ista sit angustior, iugorumque defensio, quam si illa vterere: non fuerunt armati, cum fustibus & saxis fuerunt. Si mehercule mihi non copioso homini ad dicendum, optio des, vtrum malim defendere, non esse deiectum eum, cui vis, & armis ingrediendi sit occursum: an armatos non fuisse eos, quod sine scutis, ac sine ferro fuerint: omnino ad probandum vtrumque rem videam infirmam, nugatoriamque esse: ad dicendum autem, in altera videam mihi aliquid reperire posse, non fuisse armatos eos, quod neque ferri quicquam, neque scutum vllum habuerint: hic vero haeream, si mihi defendendum sit, eum quod pulsus, fugatusque sit, non esse deiectum. Atque illud in tota defensione tua, mihi maxime mirum videbatur, te dicere iuriscosultorum auctoritati obtemperari non oportere. Quod ego, tamen si non nunc primum, neque in hac causa solum audio, tamen admodum mirabar, abs te quomodo diceres. nam ceteri tamen ad istam hortationem decurrunt, cum se in causa putant habere aequum, & bonum, quod defendat. si contra verbis, & literis, & (ut dici solet) summo iure contendit, solent eiusmodi iniquitati & boni, & aequi nomen, dignitatemque opponere. tamen illud, quod dicit, si veni, be, & irridet: tamen aucupia verborum, & literarum ridiculas in inuidiam vocat: tamen vociferantur ex aequo, & bono, non ex callido, versutoque iure rem iudicari oportere: scriptum sequi, calumniatoris esse: bonique iudicis, voluntatem scriptoris, auctoritatemque defendere. In ista vero causa, cum tu sis is, quod te verbo, literaque defendas, cum tuae sint eae partes, vnde deiectus es: an inde quo prohibitus es accedere: deiectus es, non deiectus. cum tua sit haec oratio, fateor me homines coegisse, fateor armasse, fateor tibi mortem esse minitatum, fateor hoc interdictum prioris vindicaui, si volueras, & aequas valeat. sed ego inuenio in interdicto verbum vnum, vbi deliresca. non deieci te ex eo loco, quem in locum prohibui ne venires. in ista defensione accusas eos, quod consulunt, quod aequitatis censeant rationem, non verbi haberi oportere. Et hoc loco Sceuola dixisti causam apud Centumuiros non tenuisse: quem ego antea non commemoravi, quod idem faceret, quod tu nunc: tamen ille in aliqua causa faciebat, tu in nulla facis. tamen probasse nemini quod defendis, quod verbis oppugnare aequitatem videbatur. Cum id miror, te hoc in hac re alieno tempore, & contra, quam ista causa postulasset, defendisse: tum illud vulgo in iudiciis & non nunquam ab ingeniosis hominibus defendi mihi mirum videri solet, nec iuriscosultis concedi, nec ius civile in causis semper valere oportere. Nam quod hoc disputant: si id dicunt, non recte aliquid statuere eos, qui consulantur: nec hoc debent dicere, iuri civili, sed hominibus stultis obtemperari non oportere. sin illos recte respondere concedunt, & aliter iudicari dicunt oportere, male iudicari oportere dicunt. neque enim fieri potest, ut aliud iudicari de iure, aliud responderi oporteat: nec ut quisquam iuris numeret perit, qui id statuat esse ius, quod non oporteat iudicari. At est aliquando contra iudicatum. primum vtrum recte, an perperam: si recte, id fuit ius, quod iudicatum est. sin aliter, non dubium est, vtrum iudices, an iuriscosulti vituperandi sint. deinde si de iure vario quippiam iudicatum est, non potius contra iuriscosultos statuunt, si aliter pronuntiatum est, ac Mutio placuit: quam ex eorum auctoritate, si ut Manilius statuebat, sic est iudicatum. Etenim ipse Crassus non ita causam apud Centumuiros egit, ut contra iuriscosultos diceret, sed ut hoc doceret: illud quod Sceuola defendebat, non esse iuris: & in eam rem non solum rationes afferret, sed etiam Q. Mutio socero suo, multisque peritissimis hominibus auctoribus vteretur. Nam qui ius civile contemnendum putat, is vincula reuellit, non modo iudicio.

paratissimi.

Aequi & bonum. Summum ius.

Deiectus. Deiectus.

*

Ius civile.

Iuris inter
pretes.
Ius ciuile
diligentis-
sime retine-
dum.

Iuris utili-
tas.
Vfucapio.
Actus.

C. Aquili-
laus.

rum, sed etiam vtilitatis, viteque communis, qui autem interpretes iuris vituperat, si imperia-
tos iuris esse dicit, de hominibus non de iure ciuili detrahit. sin peritis non putat esse obtempe-
randum, non homines ledit, sed leges, ac iura labefactat. quod vobis venire in mentem profecto ne-
cesse est, nihil esse in ciuitate tam diligenter, quam ius ciuile retinendum. etiam hoc sublato, nihil est
quare exploratum cuiquam possit esse quid suum, aut quid alienum sit: nihil est quod æquabia-
le inter omnes, atque vnum omnibus esse possit. Itaque in cæteris controuersis, atque iudiciis,
cum queritur aliquid factum, nec ne sit, verum an falsum profertur, & fictus testis subornari solet, & impos-
ni falsæ tabule, nonnumquam honesto, ac probabili nomine bono viro iudici error obici, improbo fa-
cultas dari, ut cum sciens propter iudicari, testamentum aut tabulas secutus esse videatur. In iure,
nihil est eiusmodi Recuperatores, non tabule falsæ, non testis improbus, denique nimia ista, quam do-
minatur in ciuitate potentia, in hoc solo genere quiescit: quod agat, quomodo aggrediar iudicia-
cem, qua denique dignum profertur, non habet. Illud enim potest dici iudici ab aliquo, non tam verecun-
do homine, quam gratioso: iudica hoc factum esse, aut nunquam esse factum, vel cogitatum: crede huic testi:
has comproba tabulas, hoc non potest. cui filius agnatus sit, eius testamentum non esse ruptum, iudi-
ca: quod mulier sine tutore auctore promiserit, deberi. non est aditus ad huiusmodi res neque po-
tentie cuiusquam, neque gratie, denique quo maius hoc, sanctiusque videatur, ne precio quidem corrupti
iudex in eiusmodi causa potest. iste vester testis, qui ausus est dicere fecisse videri eum, de quo ne
cuius rei argueretur quidem scire potuisset, ipse nunquam auderet iudicare, deberi viro dotem, quam mu-
lier nullo auctore dixisset. O res preclaræ, vobisque ob hoc retinendam Recuperatores. quod enim
est ius ciuile? quod neque inflecti gratia, neque infringi potentia, neque adulterari pecunia possit: quod si
non modo oppressum, sed etiam desertum, aut negligentius adseruatum erit, nihil est, quod quis se se
habere certum, aut a patre accepturum, aut relicturum liberis arbitretur. quid enim refert, ædes, aut
fundum relictum a patre, aut aliqua ratione habere bene partum? si incertum sit, que cum omnia tua,
iure mancipii sunt, ea possis ne retinere? si parum sit communitum ius? si ciuili, ac publica lege con-
tra alicuius gratiam teneri non potest: quid inquam potest fundum habere? si, quam decentissime de-
scripta a maioribus iura finium, possessionum, aquarum, itinerumque sunt, hæc perturbari aliqua ra-
tione, commutarique possunt? Mihi credite, maior hereditas venit vnicuique vestrum in iisdem bo-
nis, a iure, & a legibus, quam ab iis, a quibus illa ipsa bona relicta sunt. nam ut pueniat ad me fun-
dus, testamento alicuius fieri potest: ut retineam quod meum factum sit, sine iure ciuili non potest. Eum
dus a patre relinquitur: at vsucapio fundi, hoc est finis sollicitudinis ac periculum litium,
non a patre relinquitur, sed a legibus. aqueductus, haustus, iter, actus, a patre, sed rata aucto-
ritas harum rerum omnium a iure ciuili sumitur. Quapropter non minus diligenter ea, quam a maioribus
accepistis, publica patrimonium iuris, quam priuate rei vestre retinere debetis. non solum quod hæc iure
ciuili septa sunt, sed etiam quod patrimonium, vnius incommodo dimittitur, ius amitti non potest sine
ne magno incommodo ciuitatis. In hac ipsa causa Recuperatores, si hoc nos non obtinemus, vi
armatis hominibus deiectum esse eum, quem vi armatis hominibus pulsum, fugatumque esse constet,
Cecinna rem non amittet, quam ipsam animo forti, si tempus ita ferret, amitteret: in possessionem in
presentia non restituet: nihil amplius. populi Romani causa, ciuitatis ius, bona, fortunæ, possessio-
nesque in dubium, incertumque reuocabuntur: vestra auctoritate hoc constituetur, hoc prescri-
betur: quicum tu posthac de possessione contendes, eum si ingressum modo deieceris, in prædium
restituas oportebit. sin autem ingredienti cum armata multitudine obuius fueris, & ita venien-
tem repuleris, fugaris, auerteris, non restitues * tu res si equos vestes * si vim non in cede solum
sed etiam in animo libidinis, nisi cruor appareat, vim non esse factam: iniuriarum delictum esse, quod pro-
hibitus sit, nisi ex eo loco ubi vestigium impresserit, deici neminem posse, iuris retinet sententiam:
* & æquitatem plurimum valere oportere, verbo ac litera ius omne torqueri, vos statuite Re-
cuperatores ut viliores esse videantur. Hoc loco percommode accidit, quod non adest is, quod pau-
lo ante affuit, & adesse nobis frequenter in hac causa solet, vir ornatissimus C. Aquilius. nam
ipso presente de virtute eius, & prudentia, timidius dicerem, quod & ipse pudore quodam
afficeretur ex sua laude, & me similis ratio pudoris a presentis laude tardaret. cuius aucto-
ritati dictum est ab illa causa concedi nimium non oportere. Vereor de tali viro ne plus dicam, quam
vos aut sentiat, aut apud vos commemorari velitis, quapropter hoc dicam, nunquam eius au-
toritatem nimium valere, cuius prudentiam populus Romanus in cauendo, non in decipiendo pro-
spexerit: qui iuris ciuilibus rationem nunquam ab æquitate seiunxerit: qui tot annos ingenium, la-
borem, fidem suam populo Romano promptam, expositamque præbuerit: qui ita iustus, & bonus

vir est, vt natura, non disciplina consultus esse videatur: ita peritus, ac prudens, vt ex iure ciuili non scientia solum quædam, verum etiam bonitas nata videatur: cuius tantum est ingenium, ita præpta fides, vt quicquid inde haurias, purum, liquidumque te haurire sentias. Quare permagnam initis a nobis gratiam, cum eum auctorem nostræ defensionis esse dicatis, illud autem miror, cur vos aliquid contra me sentire dicatis, cum eum auctorem vos pro me appelleris, nostrum nominetis. Verumtamē quid ait iste vester auctor: omnibus quicquid verbis actum pronūciatumque sit, conuenit. Ego ex isto genere consultorum non nominem, vt opinor, istum ipsum quo vos auctore rem istam agere, & defensionem causæ constituere vos dicatis, qui cum istam disputationem mecum ingressus esset, non posse probare quoniam esse deiectum, nisi ex eo loco in quo fuisset: rem & sententiam interdicti mecum facere fatebatur, verbo me excludi dicebat, a verbo autem posse recedi non arbitrabatur. Cum exemplis vterer multis, etiā illa materia æquitatis ab verbo, & ab scripto: plurimū sepe in rebus ius, & æqui bonique ratione esse seiunctam: semperque id valuisse plurimum, quod in se auctoritatis habuisset æquitatisque plurimum: consolatus est me, & ostendit in hac ipsa causa nihil esse quod laborarem. nam verba ipsa sponsonis facerent mecum, si vellem diligenter attendere. quoniam inquam modo: quia certe inquit deiectus est Cecinna vi hominibus armatis aliquo ex loco: si non ex eo loco, quem in locum venire voluit, at ex eo certe, vnde fugit, quid tum? Prætor inquit interdixit, vt vnde deiectus esset, eo restitueretur, hoc est quicumque is locus esset, vnde deiectus esset. Ebutius autem, qui fatetur aliquo ex loco deiectum esse Cecinam, is quo modo se restituisse dixit, necesse est male fecerit sponsonem. Quid est Piso: placet tibi pugnare verbis: placet causam iuris, & æquitatis, & non nostræ possessionis, sed omnino possessionum omnium constituere in verbo: Ego quod mihi videretur, quod a maioribus factitatum, quod horum auctoritate, quibus iudicandum est, dignum esset: ostendi, id verum, id æquum, id vtile omnibus esse: spectari quo consilio, & qua sententia, non quibus quicumque verbis esset actum. Tu me ad verbum vocas, non ante venio, quod recusaro. nego oportere, nego obtineri posse, nego vllam rem esse, que aut commphedi satis, aut caueri, aut excipi possit, si aut præterito aliquo verbo, aut ambigue posito, sententia, & re cognita non id quod intelligit, sed id quod dicit, valebit. quoniam satis recusaui, venio iam quo vocas: quodro abs te, sim ne deiectus, non de Fulciniano fundo: neque enim, Prætor, si ex eo fundo essem deiectus, ita me restitui iussisset: sed eo vnde deiectus essem, sum ex proximi vicini fundo deiectus, qua adibam ad istum fundum, sum de via, sum certe alicunde, siue de priuato siue de publico: eo restitui sum iussus, restituisse te dixisti, nego me ex decreto Prætoris restitutum esse. Quid ad hæc dicimus? Aut tuo, quemadmodum dicit, gladio, aut nostro defensio tua commphiciat necesse est. Si ad interdicti sententiam confugis: & de quo fundo actum sit tui, cum Ebutius restituere iubebatur, id quod tendendum esse dicis, neque æquitatem rei verbi laqueo capi putas oportere: in meis castris, præditiis que versaris, mea, mea est ista defensio, ego hoc vociferor, ego omnes homines deosque testor: cum maiores vim armatam nulla iuris defensione texerint: non vestigiū eius, quod deiectus sit, sed factum illius, qui deiecerit, in iudicium venire: deiectum esse qui fugatus sit: vim esse factam, cui periculum mortis sit iniectum. Istum locum fugis, & reformidas, & me ex hoc, vt ita dicam, campo æquitatis ad istas verborum angustias, & ad omnes literarum angulos reuocas. in iis ipsis intercludere infidiis, quas mihi conaris opponere, non deieci, sed eieci, peracutum hoc tibi videtur: hic est mucro defensionis tue: in eum ipsum causa tua incurrat, necesse est. ego enim tibi refero: si non sum ex eo loco deiectus, quo prohibitus sum accedere, at ex eo sum deiectus, quo accessi, vnde fugi. si prætor non distinxit locum, quo me restitui iuberet, & restitui iussit, non sum ex decreto restitutus. Velim Recuperatores, hoc totum si vobis versutius, quam mea consuetudo defendendi fert, videbitur, sic existimetis: primum alium non me excogitasse, deinde huius rationis non modo nunc inuentorem, sed ne probatorem quidem esse me: idque me non ad meam defensionem attulisse, sed illorum defensionem retulisse, me posse pro meo iure dicere: neque in hac re, quam ego protuli, queri oportere, quibus verbis Prætor interdixit, sed de quo loco sit actum, cum interdixit: neque in vi armatorum spectari oportere, in quo loco sit facta vis, verum sit ne facta, te vero nullo modo posse defendere: in qua re tu velis, verba spectari oportere: in qua re nolis, non oportere. Verumtamen & quid mihi respondetur ad illud quod antea dixi, non solum re & sententia, sed verbis quoque hoc interdictum ita esse compositum, vt nihil commutandum videretur: attendite diligenter queso Recuperatores, est enim vestri ingenium, non meam, sed maiorum prudentiam cognoscere, non enim sum id dictu

Initis a nobis gratiam.

Verba ad causam vocat.

Tuo gladio, prouerbium. Laqueo verbi capi.

Campus æquitatis.

Nō fugere illos.

Vnde.

Salum.

Es xlv
ov mabno

idm v opai

idm v opai

idm v opai

idm v opai

Dupliciter hoies deiciuntur.

Precario.

rus, qđ ego inuenerim, sed quod illos non fugerit. Cum de vi interdicitur, duo genera causarum esse intelligebant, ad quę interdicitū pertineret. vnū, si qui ex eo loco, quo veniret: alterum, si ab eo deiectus esset. & horū vtrūq; neq; preterea qcq; potest accidere Recuperatores, id adeo, si placet, considerate. Si qui meam familiam de meo fundo deiecerit, ex eo me loco deiecerit. si qui mihi p̄sto fuerit cum armatis hominibus extra meum fundum, & me introire prohibuerit, non ex eo, sed ab eo loco me deiecerit, ad hęc duo genera rerum, vnū verbum, qđ satis declararet vtrasq; res, inuenerunt: vt siue ex fundo, siue a fundo deiectus essem, vno, atq; eodem interdicitō restituerer. VNDE TV, hoc verbū vnde, vtrūq; declarat, & ex quo loco, & a quo loco. vnde deiectus est Cecinna: ex vrbe. vnde deieciſti: ab vrbe. vnde deieciſti Galli: a Capitolio. vnde qui cum Graccho fuerunt: ex Capitolio. videtis igitur hoc vno verbo significari res duas, & ex quo, & a quo loco. VI. Cum autē eo restitui iubet, ita iubet: vt si Galli a maioribus nostris postularent, vt eo restituerentur, vnde deiecti essent, & aliqua vi hoc assequi possent: nō opinor eos in cuniculū, qua aggressi erant, sed in Capitoliū restitui oporteret. hoc em̄ intelligit, vñ deieciſti, siue ex quo loco, siue a quo loco, eo restituas. hoc iā simplex est, in eum locū restituas: siue ex hoc loco deieciſti, restitue in hunc locū: siue ab hoc loco, restitue in eum locū, nō ex quo, sed a quo deiectus. Vt si qui ex alto, cum ad patriā accessisset, tempestate subito reiectus optaret, vt cum esset a patria deiectus, eo restitueret, hoc opinor optaret, vt a quo loco depulſus esset, in eum se fortuna restitueret, non in salum, sed in ipsam urbē, quā petebat. Sic quoniam vim verborū necessario similitudine rerum aucupamur, qui postulat, vt a quo loco deiectus est, hoc est vnde deiectus est, eo restituat. cū verba nos eo ducunt, tum res ipsa hoc sentire, atq; intelligere cogit. Etenim Piso (redeo nūc ad illa principia defensionis meę) si quis te ex aedibus tuis vi hominibus armatis deiecerit, quid ageres: opinor, hoc interdicitō, quo nos vsi sumus, persequerere. quid: si q iam de foro redeunt armatis hominibus domū tuā te introire prohibuerit: quid ages: vt eodē interdicitō, cum igit̄ p̄tor interdixerit, vnde deiectus es, vt eo restituaris, tu hoc idē, qđ ego dico, & qđ p̄spicuum est, interpretabere, cum illud verbū vnde in vtrāq; rem valeat, eoq; tu restitui ius iustus, tam te in aedes tuas restitui oportere, si e vestibulo, qđ si ex interiore aediū parte deiectus sis. Vt vero iam Recuperatores nulla dubitatio sit, siue rē, siue verba spectare vultis, qn̄ secundum nos iudicetis, exoritur hic iam obrutis rebus omnibus, & pditis, illa defensio, eū deici posse, qui tum possideat: qui nō possideat, nullo modo posse. itaq; si ego sim a tuis aediibus deiectus, restitui nō oportere: si ipse sis, oportere. Numera q̄ multa in ista defensione falsa sint Piso. ac primum illud attende, te iam ex illa ratione esse depulsum, qđ negabas quēq; deici posse, nisi in eo loco esset: nunc iam posse concedis, eum qui non possideat, negas deici posse. cur ergo aut in illud quotidianum interdicitum, Vnde ille me vi deiecit, additur, cū ego possiderem: si deici nemo potest, qui non possidet: aut in hoc interdicitum, de hominibus armatis, nō addit, si oportet q̄ri, possederit, nec ne: negas deici nisi q possideat. ostēdo si sine armatis, coactisve hominibus deiectus quisq; sit, eū, qui fateatur se deieciſse, vincere sp̄sionem, si ostendat eum non possedisſe. negas deici, nisi qui possideat. ostēdo ex hoc interdicitō de armatis hominibus, qui possit ostendere non possedisſe eum, qui deiectus sit, condemnari tamen sp̄sionis necesse esse, si fateatur esse deiectum. Dupliciter homines deiciuntur, aut sine coactis, armatisve hominibus, aut per eiusmodi rationem aut vim. Ad duas dissimiles res, duo deuincta interdicitā sunt. in illa vi quotidiana non satis est posse docere se deiectum, nisi ostendere possit, cum possideret, tum deiectum. ne id quidem satis est, nisi docet ita se possedisſe, vt nec vi, nec clam, nec precario possederit. itaq; is, qui se restituisse dixit, magna voce sæpe confiteri solet, se vi deieciſse: verum illud addit, non possidebat. vel etiam, cū hoc ipsum cōcessit, vincit tñ sp̄sione, si planū facit, ab se illū, aut vi, aut clā, aut precario possedisſe. Videtis ne quot defensionib; eū, q sine armis, ac multitudine vim fecerit, vti posse maiores voluerūt: hūc vero qui ab iure, officio, bonis moribus, ad ferrū, ad arma, ad eadem cōfugerit, nudū in causa destitūtū videtis: vt, qui armatus de possessione cōtēdisſet, inermis plane de sp̄sione certaret. Ecqđ igit̄ interest Piso inter hęc interdicitā: ecquid interest vtrū hoc additū: cū A. Cecinna possederit: nec ne: ecqđ te ratio iuris, ecquid interdicatorū dissimilitudo, ecquid auctoritas maiorū cōmouet: si esset additum, de eo quæri oporteret. additum non est, tamen oportebit. Atq; ego in hoc Cecinam non defendo. possedit enim Cecinna

na Recuperatores: & id tamen extra causam est, percurrā tamē breuī, vt nō minus hominē
 ipsum, q̄ ius cōmune defensum velitis. Cesennā possedisse ppter vsumfructum non negas,
 qui colonus habuit conductū de Cesennā fundū, cum idē ex eadē cōductione fuerit in fun-
 do, dubium est, quin si Cesennā tum possidebat, cum erat colonus in fundo, post eius mor-
 tem heres, eodē iure possederit: deinde ipse Cecinna, cū circuiret p̄dīa, venit in istū fundū,
 rationes a colono accepit, sunt in eā rē testimonia, postea cur Ebuti de isto potius fundo, q̄
 de alio, si quē habes, Cecinnē denūciabas, si Cecinna nō possidebat: ipse porro Cecinna cur
 se moribus deduci volebat: idq; tibi de amicorū, etiā de ipsius C. Aquilii sententiā responde-
 rat, & ad eum * At enim Sylla legē tulit, vt nihil de illo tēpore, nihil de calamitate Reip.
 querar, hoc tibi respondeo: adscripsisse eundē Syllam in eandem legē, si quid ius nō esset ro-
 gari, ei? ea lege nihilum rogatū. quid est qd̄ ius nō sit, qd̄ populus iubere, aut vetare nō pos-
 sit: vt ne longius abeā, declarat ista ascriptio esse aliquid, nā nisi esset, hoc in omnibus legi-
 bus non ascriberet. Sed quero abs te, putes ne si populus iusserit me tuū, aut itē te meū ser-
 uum esse, id iustum ratū, atq; firmū futurū: p̄spicis hoc nihil esse, vt in ceteris, q̄ rogauī. Pri-
 mū illud cōcedis, non q̄qd̄ populus iusserit, ratū esse oportere, deinde nihil rationis affers,
 quāobrē si libertas adimī nullo modo possit, ciuitas possit, nā & eodē modo de vtraq; re tra-
 ditum nobis est: & si semel ciuitas adimī potest, retineri libertas nō potest, qui em̄ potest iu-
 re Quiritū liber esse is, q̄ in numero Quiritū nō est: Atq; ego hāc adolescentulus causam cū
 agerē cōtra hoīem disertissimū nostrē ciuitatis Cortā, pbauī. cū Arretinē mulieris libertatē
 defenderē, & Corta Decemuiris religionē inieciisset, nō posse sacramentū nostrū iustū iudica-
 ri, q̄ Arretinis adēpta ciuitas esset, & ego vehemētius cōrēdissem ciuitatē adimī nō potuis-
 se, Decemiri prima actione nō iudicauerūt, postea re quāfita, & deliberata, sacramētū nostrū
 iustum iudicauerūt. Atq; hoc & cōtradicēte Corta, & Sylla viuo iudicatū est. Iā vero in ca-
 teris, vt oēs, q̄ in eadē causa sunt, & lege agant, & suū ius p̄sequant: & oēs iure ciuili sine cu-
 iusq; aut magistratus, aut iudicis, aut periti hominis, aut imperiti dubitatione vtant: qd̄ ego
 commemorē: dubiū nemini vestrū est. Certe queri hoc solere me nō p̄terit, vt ex me ea, q̄ tibi
 in mētē nō veniūt, audias: quemadmodū si ciuitas adimī nō possit, in colonias Latinas se-
 p̄ nostri ciues p̄fecti sint, aut sua volūtate, aut legis mūlta p̄fecti sunt: quā mūltā si suffer-
 re voluissent, tū manere in ciuitate potuissent. Quid? quē Paterpatrat? dedit, aut suus pa-
 ter populusve vendidit, quo is iure amittit ciuitatē? Vt religione ciuitas soluat, ciuis Ro-
 manus traditur: q̄ cū est acceptus, est eorū, q̄bus est deditus, si nō accipiūt, vt Mancinū Nu-
 mantini, retinet integrā causam, & ius ciuitatis. Si pater vendidit, eū, quē in suā potestatem
 susceperat, ex potestate dimittit. Iā populus cū eū vendidit, q̄ miles factus non est, nō adimit
 ei libertatē, sed iudicat nō esse eum liberū, q̄ vt liber sit, adire periculū noluit. cū autē incen-
 sum vendidit, hoc iudicat: cū ii q̄ in seruitute iusta fuerūt, censu liberent, eū, q̄ cū liber esset,
 censerī noluerit, ipsum sibi libertatē abiudicasse. Qz si maxime iisce reb? adimī libertas aut
 ciuitas potest, nō intelligūt q̄ hęc cōmemorāt, si p̄ has rationes adimī maiores posse volue-
 runt, alio mō noluisse. Nā vt hęc ex iure ciuili ptulerūt, sic afferāt velim, q̄b? lege, aut ratio-
 ne ciuitas, aut libertas erepta sit. Nā qd̄ ad exiliū attinet, p̄spicue intelligi potest quale sit. Ex
 ilium em̄ nō supplicium est, sed p̄fugium portusq; supplicii, nā q̄ volūt poenā aliquam subterfu-
 gere, aut calamitatē, eo solum vertunt, hoc est sedē ac locū mutant. Itaq; nulla in lege nostra
 reperiet, vt apud ceteras ciuitates, maleficiū vllū exilio esse mūltatū. Sed cū homines, vīn-
 cla, neces, ignominiasq; vitāt, q̄ sunt legibus constitutē, cōfugiūt quasi ad arma in exiliū: q̄
 si in ciuitate legis vim subire vellent, nō prius ciuitatē q̄ vitam amitterēt: quia nolunt, non
 adimī hīs ciuitas, sed ab hīs relinquit, atq; deponitur. Nā cū ex nostro iure duarū ciuita-
 tum nemo esse possit, tū amittit hęc ciuitas deniq; cū is q̄ p̄fugit receptus est in exiliū, hoc
 est in aliā ciuitatē. Non me p̄terit Recuperatores, tamen de hoc iure multa p̄tereo, ta-
 men me longius prolapsus esse, q̄ ratio vestri iudicii postularit, verum id feci, non q̄ vos
 in hac causa hanc defensionem desiderare arbitraret, sed vt omnes intelligerent, nec adēptā
 cuiq; ciuitatem esse, nec adimī posse, hoc cum eos scire volui, quibus Sylla voluit iniuriā fa-
 cere, tum omnes ceteros novos, veteresq; ciues, neq; enim ratio afferri potest, cur si cuiq; no-
 uo ciui potuerit adimī ciuitas, nō omnibus patriciis, omnibus antiquissimis ciuibus possit.
 Nam ad hanc quidem causam nihil hoc pertinuisse, primū ex eo intelligi potest, q̄ vos ea de
 re iudicare non debetis: deinde q̄ Sylla ipse ita tulit de ciuitate, vt non sustulerit horum

Incensus.

Exilium.
Solu verte
re.Ciuitas q̄
amittat.Oibus anti-
quissimis.

Nexa. nexa, atq; hereditates. iubet enim eodē iure esse, quo fuerint Ariminenses: quos q; ignorat duodecim coloniarū fuisse: & a Populo Ro. hereditates capere potuisse! Q; si adimi ciuitas A. Cecinē lege potuisset, magis illam rationē tamē omnes boni quereremus, quē admodum spectatissimū, prudentissimūq; hominē, summo consilio, summa virtute, summa auctoritate domestica peditū, leuatum iniuria ciuem retinere possemus, q; vti nunc cum de iure ciuitatis nihil potuerit deperdere, quisq; existat, nisi tui Sexte similis & stultitia & impudentia, qui huic ciuitatem ademptā esse dicat. Qui quoniā Recuperatores suum ius non deseruit, neq; quicq; illius audacię, petulantięq; concessit, derelinquo iam cōmunē causam, populiq; ius in vestra fide ac religione depono. Is homo ita se pbatū vobis vestriq; similib; semp voluit, vt id nō minus in hac causa laborarit: nec cōtēderit aliud, q; ne ius suū dissolute relinquere videret: nec min; vereret, ne cōtēnere Ebutiū, q; de eo cōtēptus esse existimaret. Quapropter si qd extra iudiciū est qd homini tribuendū sit, habetis hoīem singulari pudore, virtute cognita, & spectata fide amplissimū, Hetrurię nomine totius in vtraq; fortuna cognitū multis signis & virtutis & humanitatis. Si quid in cōtraria parte in homine offendēdū sit, habetis eum, vt nihil dicam amplius, qui se homines coegisse fateatur. Sin hominib; remotis de causa queritis: cū iudiciū de vi sit, is qui arguitur, vim se hominibus armatis fecisse fateat: verbo se non æquitate defendere conetur: id quoq; ei verbū ipsū ereptum esse videatis: auctoritatem sapientissimorū hominū facere nobiscum: in iudiciū nō venire, vtrum Cecinna possederit, nec ne: tamen doceri possedisse: multo etiam minus queri A. Cecinē fundus sit, nec ne, me tamen id ipsum docuisse, fundū esse Cecinē: cū hec ita sint, statuite qd vos tempora Reip. de armatis hominibus, quid illius confessio de vi, quid nostra decisio de æquitate, quid ratio interdīcti de iure admoneant, vt iudicetis.

PRO LEGE MANILIA, AD POPVLVM. ORATIO. XIII.



Inies ætas.

VANQVAM Mihi semper frequēs conspectus vester multo iucū dissimulus, hic autem locus ad agendum amplissimus, ad dicendum ornatissimus est visus Quirites tamē hoc aditu laudis, qui semper optimo cuiq; maxime patuit, non mea me voluntas, sed meæ vitæ rationes ab ineunte ætate susceptę prohibuerunt. Nam cum antea per atatem nondū huius auctoritatē loci cōtingere auderē: statueremq; nihil huc nisi perfectum ingenio, elaboratum industria afferri oportere: omne meum tempus amicorum temporibus transmittendum putavi. ita neq; hic locus vacuus vnq; ab iis qui vestram causam defenderent, & meus labor in priuatorum periculis caste integre versatus, ex vestro iudicio fructum est amplissimum conse-

Cicero ter pretor primus renunciatus.

De quo dicendum.

curus. Nam cum propter dilationem comitorum ter pretor primus centuriis cunctis renūciatus sum, facile intellexi Quirites, & quid de me iudicaretis, & quid aliis præscriberetis. Nunc cum & auctoritatis in me tantum sit, quantum vos honoribus mandandū esse voluistis: & ad agendum facultatis tantum, quātum homini vigilantī ex forensi vsu prope quoti diana dicendi exercitatio potuit afferre: certe & si quid etiam dicendo consequi possum, iis ostendam potissimum, qui ei quoq; rei fructum suo iudicio tribuendum esse censuerunt. At q; illud in primis mihi latandum iure esse video: q; in hac insolita mihi ex hoc loco ratione dicendi, causa talis oblata est, in qua oratio nemini deesse potest. Dicendum est enim de Gn. Pompeii singulari eximię virtute. Huius autem orationis difficilīus est exitum q; principū inuenire. itaq; mihi non tam copia, q; modus in dicendo quarendus est. Atq; vt inde oratio mea proficiscatur, vnde hec omnis causa ducit: bellū graue & periculosum vestris vectigalibus atq; sociis, a duobus potentissimis Regibus infertur Mithridate & Tigraue: quorum alter relictus, alter laceffitus, occasionem sibi ad occupandam Asiam oblatam esse arbitrat. Equitibus Romanis honestissimis viris afferuntur ex Asia quotidie literæ, quorum magnæ res aguntur in vestris vectigalibus exercendis occupatæ: qui ad me pro necessitudīne, quæ mihi est cum illo ordine, causam reipub. periculaq; rerum suarum detulerūt: Bithynię, quę nunc vestra prouincia est, vicis exultos esse complures: Regnū Ariobarzanis, quod finitimum est vestris vectigalibus, totum esse in hostium potestate: Lucullum magnis re-